



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 39. Petri Bonzii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. sophiæ scholis deturbandos morem ge-
A.C. 1703. rerent: Hoc autem decretum jam su-
 pra Lib. CCXI. pag. 34. adduximus,
 specialiter autem quatuor hasce propo-
 fitiones Rex scholis eliminari voluit,
 scilicet. I. Æternitas Dei est succe-
 siva. II. Spiritus extensus est ita, ut
 totus extra totum sit, licet ejus ex-
 tensio non tota extra seipsum omnino
 sumptam sit. III. Extra mundum
 quædam spatia positiva sunt, quæ ab
 immensitate Dei non distinguuntur,
 quare Deus revera est extra cælos.
 IV. Locus sumitur ex comparatione cum
 immensitate Divinitatis: tota extra le
 ipsam totam posita est.

§. XXXIX.

Petri Bonzii Cardinalis obitus.

Vit. Card.
 t. 1. p. 27.
Vid. supra
 lib. 64.

Obiit hoc anno Petrus Bonzius Car-
 dinalis in Etruria quidem natus,
 sed in Galliis enutritus, qui omnibus
 amabilis, colloquio jucundus, mori-
 bus gravis & comis, atque prudentia
 eximius, apud Mariam Medicæam
 Franciæ Reginam plurimum gratia va-
 lebat, ejusque opera a Ferdinando II.
 Magno Etruriæ Duce Orator apud
 Aulam Francicam renuntiatus, Cos-
 mi III. nuptias cum Aurelianensi Prin-
 cipissa conciliabat. Obeunte ejus Pa-
 truo

XIII.
1 ge-
1 su-
nus,
opo-
luit,
cces-
, ut
ex-
nino
dum
e ab
atur,
elos.
cum
ra le

s.

Car-
tus,
ibus
iori-
ntia
eam
va-
oll.
pud
Cos-
rin-
Pa-
ruo

truo Clemente Bletteranum Episcopa- Sæc. XVII.
tum adeptus, Regis nomine a Maza- A. C. 1703.
rino Cardinale ad Venetos Legatus de-
cernebatur, ubi Franciæ res ac com-
moda tanto ardore procurabat, ut pri-
mo Tolosanum, & postea Venetiis re-
dux Narbonensem Archiepiscopatum
in negotii bene gesti præmium obtine-
ret: Paulopost a Galliarum Rege Ro-
mam, annoque sequenti in Hispaniam,
& demum in Poloniam Orator decretus,
novum Regem Michaelem sua agendi
dexteritate tam arcte sibi devinxerat,
ut eum non modo Gallicis partibus
addictissimum redderet, sed insuper ad
ejusdem Regis preces a Clemente X.
Romanam Purpuram meritorum pretio
mercaretur. Inde in Franciam redux,
Reginæ ab Eleemosynis erat, ac Regis
gratia excidere veritus, Regalium jus
ad Alectensem & Apamensem Eccle-
siam, aliasque extensum fortiter pro-
pugnabat, propterea ab utroque Epi-
scopo acribus literis exagitatus: Tan-
dem Aulæ, rerumque mundanarum
tædio affectus, soli Deo pietatisque
exercitiis totum sese dicabat, atque
ad Narbonensem Ecclesiam suam re-
versus, ibidemque iterato apoplexia
correptus, die undecima Julii pie in
Domino obiit: Carpitur, quod immo-
dicæ pompæ & fastui aliquamdiu ad-
dictus,

Sæc. XVII. dictus, erga Hugonotas ad fidem con.
A.C. 1703. versos nimium indulgens fuisset, nec
 eos, ut Missæ sacrificio interessent, ad-
 stringere voluerit, imo ab eisdem suos
 filios abstrahere jussus, severa hæc Re-
 gis mandata nonnisi invitus, oboris-
 que pene lacrimis executus sit, vel
 quod teneræ nimis, mitisque indolis
 esset, vel quod hæreticos ratione con-
 vincendos, non autem ferro & flamma
 cogendos esse, sibi firmiter persua-
 sum haberet.

§. XL.

Principum atque Illustrium fata.

Novo luctu Augustissimam domum
 Austriacam impleverat hoc quo-
 que anno obitus Mariæ Josephæ An-
 toniæ, quæ Leopoldi I. Imperatoris
 Filia die quarta Aprilis decimo sexto
 ætatis suæ anno ex variolis Viennæ
 decessit: ejusdem itineris comitem ha-
 buit Carolinam Felicitatem Ducis Mu-
 tinensis Conjugem, quam Joannes
 Georgius primogenitus Ducis Saxo-
 Leucopetrensis Filius die quinta Martii
 morte præcessit. Die autem vigesima
 nona ejusdem Mensis Georgius Fride-
 ricus Marchio Onolsbacensis in con-
 flictu cum Bavaris accepto lethali vul-
 nere obiit: pari etiam fato Christianus
 Han-